DISPUTATIO JURIDI[illegible] INAUGURALIS DE EMPTIONE PER ERRO[illegible] CONTRACTA,

QUAM

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex auctoritate Magnifici Rectoris

PETRI WESSELIN

Historiarum, Eloquentiae & Graecae Linguae illustri hac Academia Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI *consensu & [illegible]bilissimae Facultatis JURIDICAE decreto*,

PRO GRAD[illegible] D[illegible]ORATUS

Summisque in UTRO[illegible] J[illegible] Hon[illegible] & Privilegiis rite a[illegible] [illegible]

E[illegible]uditorum Examini sub[illegible]

WILHELMUS METHORS[illegible]

Ad diem 18. *Maji, Hora locoque*



TRAJECTI AD RHE[illegible]

Typis ALEXANDRI VAN MEG[illegible]

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI, MDCCXXX[illegible]

NOBILISSIMIS AMPLISS
GRAVISSIMIS VIRIS

D. D.

PRÆTORI,
CONSULIBUS,
SCABINIS
ET
SENATOR BUS

URBIS AMISFU GIS

PRUDENTISSIMIS, DEX MIS,
EXIMIIS.

Disputationem hanc

WILHELMUS

357.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS DE EMPTIONE PER ERROREM CONTRACTA.

CAP. I

Emptionis Etymologiam ejusdemque varios Significatus, promiscuas Appellationes, Originem, Definitionem, item Erroris Definitionem, Etymum, varias Significationes, ab ignorantia Differentias & Distinctiones continet.

§ 1.

Priusquam *Emptionis* Definitionem ipsamque Materiam aggrediamur, pauca de prioris Rubricæ vocis etymo ejusque variis significatibus, promiscuis appellationibus & origine præmittam, ut ita sensum ejus facilius percipiamus. Vocabulum Emptionis igitur quidam, quos inter Pacius *in Tr. de Empt. & Vend. Axiom.* 6. ab *Emere* deducunt, & verbum *Emere* simplex & mere latinum esse

dam compositum esse putant ex *è* & *mens*, ... contendunt. ... ne emit, ex meo facit suum. Alii denique ... uia is, qui quid ... b *ἐμός mens*: unde *ἐμέω ἐμῶ*, quasi *ἐμὸν ποίω*, probabilius derivant ... gitur, ut res mea fiat. Hinc in *l.* 80. §. *ult.* ... uia in emptione ... r, *neminem posse videri rem illam vendidisse, cujus domin...* ... r, *ne in emptorem transeat.* Vid. Vossii *Etymolog. in* ... *Connan. l.* 7. *C.* 6. *&* *Rebe...* ... *Animadv. C.* 8.

Contrah. empt. ...

I I.

Visâ emptionis E...ymologiâ ad varias ejus significationes pergimus: Lex autem XII. Tab. sub Emptionis vocabulo omnem alienationem complexa fuisse videtur, *l.* 29 §. 1. *De Stat. Liber. juncta l.* 8. §. 1. *D. Quib. mod. pign. Solv.* ubi dicitur, quod Venditionis appellatione etiam legatum contineatur. Adde Ræward. *l.* 4. *var. C.* 12. idque vel ...b intentionem Legislatorum, qui sæpe præcipuam aliquam speciem ponere solebant; ... in ... speciebus, in quibus nulla diversitatis ratio appareret, ... idem jus esse indicarent; uti est exemplum in *l.* 23. §. 1. *de L...* vel quia olim omnibus alienationibus solennia emptio... ... bant, ut in heredum Institutionibus, ... 1. *Inst. de Testar* ... *l.* Emancipationibus §. 6. *Quib. mod. Patr. pot. solv.* & in Ado...ibus, quæ per æs & libram fiebant. Vid. *Gell. Noct. Att. l.* ... *&* *Sueton. in Aug. C.* 64. (2) Proprie respectu emptoris d...am contractus emptionis, venditionis partem, qua unus co...ium pro re accipienda in certum pretium d...ndum consentit; ... que (3) ipsum contractum, qui emptio, venditio dicitur, ... in *l.* 7. *pr.* & §. 1. *l.* 65. *D. de Contrah. empt.* 1. §. *ult. D. de* ... *l.* 7. §. 4. *D. pro Empt.* pluribusque aliis ...cis.

I I I.

Sequitur, ut quædam de promiscuis Emptionis appellationibus dicamus, licet magna sit differentia inter emptorem & venditorem: (1) nam hic rem; ille pretium præstat: (2) hic vendere; ille emere di-

dicitur; & contractus ab hoc venditio, ...

Utriusque tamen nominis appellatio promiscue illo emptio ut alterum pro altero, aut potius pro utroque saepe usurpatur: vero ubi momentum rei in ea situm est, haud ponatur; nunquam ur: quod quidam tamen male ex *l.* 19. & 20. vocabula confundun ligunt, ubi *Veteres* (Gajus ait) *in emptione venditioneque appellati nibus promiscue utebantur. Idem est & in locatione & conductione.* Quae verba paucis sunt illustranda. Cujac. *l.* 9. Obs. 15. & in *Mercatore adversus* Robert. in *d. l.* 20. pro *idem est* legit *id est*, ut sensus: Veteres usi sunt emptionis venditionisque vocabulo promiscue, id est, ut & Conductionem intelligerent: merito notatus a Roberto *l.* 1. *Animadv c.* 7. 8. 9. sensus enim illarum legum est, uti veteres emptionis voce pro venditionis, & vice versa venditionis pro emptionis, ita etiam locationis & conductionis vocabulo usi sunt, ut patet ex *l.* 15. §. *ult. l.* 19. §. 2. & *l.* 55. §. *ult. Locat.* ubi actio locati & conducti promiscue usurpatur. Quam plurima etiam sunt exempla passim in legibus, ubi quod modo emptionem dixerunt, paulo post ... vel contra, nuncupant, uti v. g. in *l.* 2. §. ... 8. §. 1. *l.* 9. *in fin. junct. l.* 10. *seq. l.* ... §. 5. *l. l.* 44. *l.* 54. *l.* 64. *de Contrah. emp.* ... 23. §. 1. & *l.* 31. §. *ult. de Ædil. edict.* Ratio ejus est, (1) quod qui emptionem dicit, complectitur etiam venditionem, & contra, qui nominat venditionem, comprehendit etiam emptionem: (2) per συνεκδοχήν, imperfecto quodam loquendi genere, partis nomine totum intelligitur: (3) ex natura relatorum, uno relatorum nominato, intelligitur correlatum: (4) nec emptio sine venditione, nec venditio sine emptione esse potest. Et nulla causa est, cur hunc contractum emptionem potius, quam venditionem appellemus: vid Connan. *l.* 7. *comment. jur. civ. c.* 6. Hinc in *l.* 56. *de Ædil. edict.* fidejussor emptionis dicitur, qui fidejussit pro venditore (nimirum in emptionis negotio) licet non sit diffitendum, veteres emendi vendendique vocabulo aliquando quoque usos fuisse in locando & conducendo; maxime, si publica locarentur, conducerentur: vid *Hygin. l.* 2. *de Limit. constit. pag.* 213. & 214. *Fest. in voce Venditiones. Cicero l.* 3. *in Verr. c.* 16. & Cujac. *d. l.* 9. *Obs.* 15.

I V.

est, ... iter ... dam de Origine, quæ ex jure gentium ... ntans ... que videamus, ... de Contrah. empt. l. 5. de Justit. & Jur. l. repetenda l. 1. §. ... 2. Inst. de Jur. nat. gent. & civ. Neque obstat, quod ... aut pr. & §. 1. de Pa... bus ... temporibus emptio demum fuerit introducta, Plin. l. ... 56. Non enim antiquitate temporum, usu & ratione, ... jum & civilia jura distinguuntur, ait Wissenbach. Disp. 35. Inst. num. 5. Fluxit autem a permutationis contractu vetustissimo § ... Inst. de Empt. & Vend. Cum enim olim non esset nummus, neque aliud Merx, aliud Pretium vocaretur; homines inut... id est, superflua utilibus permutare cœperunt, donec tandem, exigente id usu & humanis necessitatibus, eligeretur materia, quæ forma publica percussa, perpetua sua æstimatione difficultatibus permutationum subveniret. vid. l. 1. D. de Contrah. empt.

Hisce præmissis Emptionis definitionem explicare e re fore videtur. Breviter igitur definimus, quod *sit contractus consensualis ... re pro certo pretio tradenda.* Tria ejus sunt Requisita substantialia; Consensus utriusque & emptoris & venditoris; Merx a parte venditoris. Pretium a parte emptoris: quorum unum si desit Emtio non est. Duobus posterioribus omissis, de Priori tantum agemus; & alteram Rubricæ vocem *Errorem*, tanquam consensui maxime contrarium *l. 15. de Jurisdict. l. 116. §. 2. de R. jur. l. 2. pr. de Judiciis. l. 8. & 9. C. de Jur. & Fact. ignorant.* paucis illustremus. Error autem definiri potest, quod *sit alterius pro alio vel falsi pro vero existimatio*, vel etiam *opinio veritati contraria.* Errare proprie est vagari; ut Virgilius,

Inter quas ... ens a vulnere Dido
Errabat ... magna.

Et

Et quia vagando sæpe a recta via d[...]tur, Errare pro peccare & de linquere sumitur: ita dicitur [...] Errare ægre ire, perire; quia errantes in certa [...] ab illis Vossii Etymolog. in verbo *Errare.* In [...] pertrahunt pasci usurpatur, quia animalia Errando [...] etiam E[...] tur, *Virgil. Eclog.* 1. *vs.* 9. [...] est, Vagando [...]

Ille meas errare boves (ut cernis) &c.

Et Eclog. II. vs. 21.

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Vid. Fest. in voce *Vagi.* Errare etiam eleganter pro amare Error pro amore ponitur, ut patet ex *Terent. Andr. Act.* 1 *Sc.* 2. *vs.* 19.

Ubi pater Pamphili, dum optat, filium suum amores, quibus captus erat, deserere, inquit: *Te oro, Dave, ut redeat jam in viam.* Et ex Virgilio, *Ecl. VIII. vs* [...] ita canente:

Ut vidi, ut perii, ut [...] malus abstulit error.

Differt etiam Error ab Ignorantia: nam (1) Ignorantia est absentia notitiæ; Error ejusdem est depravatio. (2) Qui ignorant, nullum habent notitiam; qui errant, non omnino, sed aliqualem habent notitiam. (3) Error non potest esse sine Ignorantia; Ignorantia vero sine Errore, nam hic nascitur ex illa.

V I.

Istis cognitis videndum est, quibus in casibus error emptionem vitiet, vel non. Materia sane quam maxime perplexa ipsi Grotio visa fuit *L.* 2. *C.* 11. §. 6. Videndum autem, (1) an verus adsit error, an prætextus erroris, an vero ambiguitas verbi, quæ per interpretationem tollenda est. (2) Si verus adsit error, an sit efficax, an concomitans, circa rem principalem, vel accessoriam, ex ignorantia vincibili, vel invincibili enatus: si sit efficax, sive essentialis circa rem principalem, emptio, ut & quilibet

ctus, five fit bonæ fidei, five ftricti juris, ipfo jure præfertim fi error fit invincibilis: vid. *l.* 57. *de Obl. &* enim de alliis; alter de cæpis cogitat. Si vero conco- fu accidentalis, ille nocet erranti: nam fibi imputare de- in accidentia rei principalis non accuratius inveftigave- ientem fuam no clarius aperuerit, *l* 39. *de Pact.* Vid. , Præceptor Promotor meus, ob eximia in ftudia inquam non venerandus, ad *Puffendorf. de Off. hom.* 1. *c.* 9. §. 12.

CAP. II

arios errores, quibus contractus emptionis, venditionis vitiatur, legesque fibi invicem obftantes exponit atque conciliat.

Videamus nunc, circa quæ Error committatur, & quid juris fit in fingulo errore commiffo. Error autem committitur circa ipfum contractum, id eft, ipfam Venditionem, in Pretio, aut in Perfona, aut in Merce, aut in Quantitate rei venditæ. Si erratum fit circa ipfum contractum, five caufam dominii transferendi, ardua eft quæftio: duæ enim hoc in cafu quæftiones, altera de Obligatione, & altera de Dominio oriuntur. Non eft dubium, quin talis error vitiet Obligationem, & efficiat, neutrum contractum vim habere: ecce cafum! Dedi tibi pecuniam quafi donaturus; tu quafi mutuam accepifti, & refpondetur, neque Donationem neque Mutuum contrahi, fecundum *l.* 18. *pr. de Reb. cred.* & recte: nam Donatio effe non poteft, quia tuus non adeft confenfus, qui non ex caufa Donationis, fed mutuo acquirere voluifti; neque etiam Mutuum, quia meus non adeft Confenfus, cui non fuerat animus contrahendi, fed donandi: fine Conventione enim contractus effe nequit, *l.* 1. §. 3. *in fin. D. de Pact.* Conventio autem (ut omnibus notum) non tantum unius, fed duorum pluriumve in unum placi-

placitum est consensus, *d. l.* 1. §. 2 *de Pact.* Ad alteram quæstionem de Dominio quod attinet: distinguendum est, an una, vel utraque causa ad Dominium transferendum sit idonea. Priori in casu nullus dubito, quin dominium transferri nequeat; quia hic tantum animus unius dominii transferendi adest, ad quod tamen affectus ex utraque parte contrahentium requiritur, *l.* 55. *de Obl & Act.* Utriusque contrahentis autem affectus non concurrit, si utraque causa ad dominium transferendum non sit idonea. Casus est talis: ego tibi dedi pecuniam quasi depositam; tu quasi mutuam accipis: nec depositum nec mutuum est secundum *d. l.* 18. §. 1. *de Reb. cred. l.* 8. *&* 9. *Commod.* Posteriore vero in casu si utraque causa sit idonea, Julianus putat, dominium transferri; & ait, se non animadvertere, cur inefficax sit Traditio in *l.* 36. *de Acq. rer. Dom.* Adde Vinn. *ad* §. 40 *Inst. de Rer. divis.* & merito: nam Traditio cum affectu utriusque, & dantis & accipientis, dominium transfert, *D. l.* 55. de *O. & A.* junct. *d.* §. 40. *de Rer. div.* Et nihil tam conveniens est æquitati naturali, quam voluntatem utriusque, de Dominio transferendo consentientis, ratam haberi *d.* §. 40. At dices forte: dissentiunt in causa Dominii transferendi; sed respondetur, talem dissensum obligationi quidem obstare, quæ ex illa causa nasci debet, non tamen dominio, quod traditione in accipientem transfertur. Neque obstat dissensus in causis dandi & accipiendi, *d. l.* 36. *in fin. de A. R. D.* quia talis dissensus potius respicit obligationem, quam dominium, quod etiam ex causa, licet falsa, transfertur, quamvis ex ea non nascatur obligatio: quamobrem Julianus in *d. l.* 36. *in fin.* constare dixit, proprietatem transire Huic tamen *l.* 36. ex diametro refragari videtur Ulpiani *d. l.* 18. *pr. de Reb. cred.* De hac antinomia prolixe egit Melchior de Valentia *in Epist. jurid. Exerc.* 10. & de hisce legibus conciliandis desperarunt Contius *l.* 1. *disp.* 9. & Bachov. ad Treutler. *thes.* 4. Verum distinguendum est inter Traditionem sive Translationem, & Contractum sive Obligationem, Traditioni præviam: Julianus autem in *d. l.* 36. non loquitur de Obligatione, de qua priori loco, sed de Translatione Dominii, de qua secundo loco egimus: quæritur enim ibi, an Dominium transferatur, non vero, an valeat Contractus. Hoc etiam quam maxime patet ex legis illius collocatione sub ti-

lo de Acq. rer. Dom. Ulpianus vero in *d. l.* 18. loquitur de contractu, sive obligatione: nam quæritur ibi, non an transferatur dominium, sed an valeat Donatio, vel mutuum: quod & ipsum arguit collocatio illius legis, sub *titulo de Reb. cred.* facta, in quo de obligatione agi certum est: vid. Charond. *l.* 2. *Verisi. c.* 2 Meieri *Colleg. Argentorat. ad tit. de Acq. Rer. dom. thes.* 52. Harprecht. *ad d.* §. 40. *Inst. de Rer. div. n.* 23. *&* 24. & Vultej. *ad eund* §. *n.* 7. *&* 8. atque ita in effectu Julianus & Ulpianus conveniunt: nam verba illa in *l.* 18. *Nummos accipientis non fieri*, pertinent ad quæstionem Obligationis, quam Ulpianus ibi tractat; non vero spectant quæstionem Dominii, & nihil aliud denotant, quam quod mutuum non fuerit contractum, & ita nummos ex causa mutui accipientis factos non fuisse: veteres enim sæpe, cum indicare vellent mutuum non esse contractum, ita locuti sunt, ut patet ex *l.* 11 §. *ult. l.* 13. *l.* 41. *de Reb. cred.* Denique si ita non fiat interpretatio, particula *quare*, quæ causam notat, efficeret, ut absurda esset sententia. Optime hoc inde deduci potest, quod mutuum non sit: nam si id esset, repetenti non obstaret exceptio, quæ ei nunc obstat, quia accipiens dominus est factus non ex causa mutui, sed ex sola voluntate dantis; quam in dominio transferendo naturali æquitati ratam haberi, conveniens est. Ad *d. l.* 18. *vid. Huber. in Eunom.*

II.

Si in pretio fuerit [illegible] atum, distinguendum est, an summa concurrens, in quam uterque & emptor & venditor consentiunt, appareat, an non. De priori casu, ut & de cæteris, in quibus error emptionem non vitiat, postquam errores, quibus eadem vitiatur, exposuimus, singulari Capite agemus: posteriore autem in casu si summa concurrens non appareat, ut si v.g. Venditor viginti se vendidisse, emptor vero decem se emisse putat; nulla est emptio, *l.* 9. *in pr. de Contrah. empt.* vid. Cl. Voet *ad eund. tit.* §. 5. *prope med.* Hoc tamen ita est, nisi venditor decem contentus esse velit; quia contemplatione venditoris ejusmodi emptio nulla est, Arg. *l.* 1. §. 4. *D. de Verb. obl.* Vid. Mæstert. *Sed*

atque

atque Tractat. illustr. jur. de Empt. & Vend. pag. 445. & Cujac. ad d. l. 1. de V. Obl. in verbis, nisi &c. De errore, in persona commisso, tanquam emptionem nullam non reddente, ... cum furioso per errorem fuerit contracta, in principio Cap. sequentis quædam diximus.

III.

Transimus ergo ad errorem, circa rem sive mercem commissum. Ubi distinguendum est, an erratum fuerit in ipso corpore; an in substantia, sive materia; an in parte; an in qualitate rei; an in accessionibus. Vid. Cl. van Eck *in principiis ff. ad tit. de Contrah. empt.* §. 17. *& sequentibus.* Si in ipso rei corpore, nulla est emptio, ut si aliter se vendere fundum Sempronianum, alter se emere Cornelianum, putat; vid. *l.* 9 *pr. & §.* 1. *de Contrah. empt. l.* 4. *de leg.* 1 34. *pr. de Acq. vel Am. Poss. & l.* 2. *§.* 6. *D. pro Empt.* Idem etiam si erratum fuerit in substantia corporis, ita tamen, si nihil ex materia vendita adsit. *l* 9. *&* 14. *de Contrah. empt.* valere enim dicitur emptio rei inauratæ, quam solide auream contrahentes esse putabant, *d. l* 14. & ratio ejus est, quia inauratum aliquid auri immixti vel infusi in se habet, quod si nihil haberet auri, emptio non valeret, *d. l.* 14. Secus tamen res sese habet, si mensa, auro vel argento cooperta, atque contecta, per errorem pro solida sit vendita: Pomponius enim respondet, emptionem esse nullam in *l.* 41. *§.* 1. *de Contrah. empt.* quia rebus, auro coopertis, nihil auri est immixtum, vel infusum; neque partem corporis facit, neque ejus poros ingreditur, & inde illæso corpore avelli potest: quæ omnia secus sese habent in rebus inauratis; & ideo qui talem mensam emit, is omnino errat in materia. Nec movere te debet B. L. quod plus auri sit in lamina, mensam ambiente, quam in superficie inaurata; atque ideo multo magis emptio mensæ copertæ, quam inauratæ valere debeat: nam regula, *emptionem rei, aliquid auri habentis, valere*, semel receptæ, conveniens est, venditionem rei inauratæ, tanquam aliquid auri habentis, valere; & contra, quod auro tantum est coopertum, in se nihil habet auri; ergo secundum alterum regulæ membrum talis venditio non valet. Simile exem-

[...] ubi plerumque supponitur, rem principa[...] plum est in accession[...] pretiosiorem esse accessoria : ideo tamen, si [r]em meliorem, atque pretiosiorem majoris sit pretii, quam principalis, non [...] accessoria aliquando [...] vid. *l.* 19 *§. ult. de Aur. & Arg. leg.* atque ita, [de]finit esse accessio, vid. [...] & auro coopertum facta, bene in [dist]inctione inter inauratum [...] *l.* 14. & 41. §. 1. *de Contrah. empt.* Vid. Cujac. [co]ncordiam rediguntur *l.* [...] *l.* 2 *obs.* 4. Rævard. *l.* 1. *var. c.* 19. Wissen[bach] *l.* 22. *de Verb. Obl.* & [...] [Me]ier *Colleg. argent. ad tit. de Contrah. empt.* [...] b ch. *disp.* 35. *Inst. thes.* 9. [...] atos Wesenb. *in Paratit. ad eund. tit. n.* §. 13. *n* 2. ibique DD. [...] *assert.* 53. spreta Accursii explicatione, 6. & Bronchorst *centur.* [...] [co]opertæ sit nulla, quia pro solida erat quod ideo emptio mens[...] inter contrahentes actum erat, quasi empta, atque hoc expr[...] [...]tur, & pro cauto haberetur, vid. *l.* 3. id semper agi non intel[...] Aliam viam ingressus est Ampl. Corn. *de Reb. Cred.* & Cujac. [...] [...] ad *l. ult. de Ædil. edict.* JCtos [B]ynkershoek. *l.* 6. *obs.* [...] er se non convenis[...]tat. Et sane ita dicendum esse videtur [...] *l.* 9. §. 2. & *l.* 14. *de Contrah. empt.*

I V.

Huic tamen sententiæ quod emptio non valeat, si erratum sit in materia sive substantia corporis, refragari videtur *l.* 45. *in fin. D. de Contrah empt.* ubi dicitur : *Quemadmodum si vas aurichalcum pro auro vendidisset ignorans, tenetur, ut aurum, quod vendidit, præstet.* Cujac. *ad l.* 22. *de Verb. obl.* Bronckhorst. *centur.* 2. *assert* 53. & Wissenbach. *d. Disp.* 35. *Thes.* 7. emptionem nullam esse putant, quia in materia sive substantia erratum est, non obstante quod actio ex empto detur : hoc enim quamplurimum fieri ajunt, allatis hunc in finem §. *ult. Inst. de Empt. & Vend. l.* 62. §. 1. *ff. eod. l* 21. §. 2. *de Act. empt.* ubi Cujac. [...] & *lib.* 2. *obs.* 5. Wissenbach. *d. l.* Anton. Augustin. *l.* 4. *emend.* [c.] *ult.* Hotman. *ad tit. de Act. empt.* Connan. *l.* 7. *commentar. jur. civ.* [c.] 6. Meier. *Colleg. argent. ad tit. ff. de Contrah. empt.* §. 14. *n.* 3. & Averan. *l.* 1. *c.* 19. *num.* 5. *in fin.* negationem inferendam esse putant [at]que legendum, *Emptionem non esse* ; qua de re vid. infra *cap. ult.* §. 2. Cl. Voet *ad tit. ff. de Contrah. empt.* §. 5. *in med.* respondendum ait, aurichalcum in hac lege esse aurum ære

mixtum

mixtum, quod ex ipsa voce, priore parte latina, post riore ca, a vocibus *aurum* & *χαλκός as*, demonstrare conatur; atque anterioribus temporibus aurichalcum separatam quidem ... riam fuisse, sed vix esse, ut Marcianus in illa lege ... meminisse potuerit, quia Plinius jam suo tempore ... dudum reperiri desiisse testatur, atque procul dubio ejusmodi aurichal id est, æs auro mixtum, Marciani tempore reper... modo in ære Corinthiaco, sed & alias frequenter, quoniam, si auro esset commixtum, veteres metallarii tunc temporis ... defectum aquæ chrysulcæ artem separandi ignor... videntque in hac lege emptionem valere, quia non in tota ... tantum in parte ejus erratum fuit, arg. *d. l.* 14. Averanius *d. l.* 1. *c.* 19. scribit, hanc legem ... fuisse, sed eam multo difficiliorem esse, quam ... etur, & ostendit, aurichalcum & orichalcum inter se ... differre, scribendumque orichalcum, licet aliquando scriptum reperiatur *aurichalcum:* nam veteres facile *au* in *o* & *o* in *au* convertebant, & *orum* dicebant pro *aurum*; *orata* pro *aurata*; *aula* pro *olla*; *ausculor* pro *osculor*, & hujus generis plura. Est enim vox Græca Ὀρείχαλκος aes montanum ab *ὄρος mons* & *χάλκος*, *aes:* hinc prima in orich... corripitur: vid. Fabr. *in voce Aurichalcum* & Torrent. *ad Sueton. in Vitell. C.* 5. Postquam Averan. *d. C.* 19. late ostenderat, quod Orichalcum esset species quædam metalli, vel æris colore aureo, vel species æris albi, idque duplicis esse naturæ, nimirum *factitium* & *fossile*; in *factitio* nusquam aurum esse, sed ex ære terra Cadmea mixto, fieri, ut docet Festus *in voce Cadmea; fossile* vero in India reperiri, Diodor. *l.* 3. *Biblioth.* & Plin. *l.* 34. *c.* 2. testantur tandem: quo accuratius eam legem perpenderit magis sibi monstri instar esse visum, quod in ea continetur. Si valet emptio, præstandum est orichalcum, non aurum: vendidit enim orichalcum pro auro. Si emptio non valet, præstandum est pretium aut quanti interest, non aurum, aut aurichalcum. ... ea autem lege nec orichalcum præstandum est, nec quanti interest: igitur nec valet emptio, nec non valet emptio, quod fieri non potest. Rursus si ibi proponitur venditum orichalcum, quomodo potest teneri venditor, ut præstet aurum, quod vendidit? Si vendidit

 dit

... orichalcum, non vendidit aurum: si aurum vendidit, non ... qui halcum pro auro. Negari non potest pugnare inter ... Dum videbat huic legi inextricabilem errorem af... censuit: fingendum esse casum, cui hæc omnia con... in quo valeat emptio, & tamen venditor non ... orichalcum, quod vendidit; ac rursus in quo ...alcum pro auro, sed tamen vendiderit etiam aurum: ...que ... non teneatur præstare orichalcum, sed aurum. Ideo... casum, quo quis duo vasa, alterum ex orichalco, alte... auro, sibi invicem adeo similia, ut dignosci non possent, Utraque aurea esse putans, vendidit unum ex his cuidam, ... ignoranti, neque demonstranti, vel designan... ...; postquam de pretio inter se convenerint, ven... vel ipse ultro accipit vas illud orichalcum. De tali casu ... lege agi manifestum est: nam omnia, quæ in *d. L.* ... ponuntur, huic quadrant: valet enim emptio, quia nullus intervenerit error, qui eam nullam reddere posset, quoniam ...ud in genere esset venditum: secus esset, si vas utrumque ex ...alco factum erat; quia tunc erratum esset in materia. Et quidem ita valet emptio, ut vas aureum sit præstandum, licet orichalcum pro aureo sit venditum; quia utraque vasa fuerint in venditione & obligatione, uti in omni generis obligatione obtinet, *l.* 128 *de v. Obl. l.* 3. *Qui & a quib. manum.* Vel potius incertum vas erat in obligatione, *l.* 75. *de V. Obl.* Ex traditione enim apparere debebat, quodnam erat venditum, ita ut, si utrumque esset aureum, illud haberetur venditum, quod erat traditum: sed nostro in casu, quamvis contra mentem contrahentium aliud sit traditum, tamen re ipsa venditum intelligitur vas aureum, idque a venditore præstandum. Averanii autem sententia mihi præ cæteris arridet: nam Cujacii aliorumque sententia non satis firma videtur, (1) quia in priore hujus legis parte JCtus loquitur de venditione vestimentorum interpolorum pro novis; qualis venditio dubio procul valet, quacum illa venditio in fine legis comparatur, ut apparet ex voce *Quemadmodum.* (2) In hac nostra lege præstatur id, quod venditum est, ideoque emptio nulla esse non potest: alioquin enim nulla emptio valeret, si talis esset nulla, ubi præsta-

tur,

363

tur, quod venditum est. (3) Non [illegible] ex empto dari, licet Emptio sit irr[illegible] interest, non vero, uti hic, rem ipsam [illegible] tali actione ad interesse omnes leges, tæ, loquuntur. Quod ad alt[illegible] attinet: illa etiam non placet, ([illegible] mus) orichalcum non est aurum, ære dam species, propriis viribus constans; [illegible] ut ait Quintil. *l.* 1. *c.* 9. vocem compon[illegible] tera Græca. (2) Verum quidem est, q[illegible] longo jam tempore non reperiri; sed ad [illegible] ex verbis patet, illum dicere voluisse, qu[illegible] poris non amplius effoderetur e terra [illegible] minus illud, ab hominibus longo tem[illegible] vel etiam dicere possumus incertam [illegible] esse fidem. (3) Hoc patet etiam ex ipsa lege, quod non erra[illegible]m fuerit in parte materiæ; nam tunc non teneretur venditor [illegible] præstare aurum, sed orichalcum ipsum, quod vendidit, atque [illegible] terea id, quod interest seu quanto minoris pretii sit orichal[illegible]n, quam aurum, *l.* 13. *[illegible]* & *d. l* 21. §. 2. *de A[illegible] empt.* Nec [illegible] sententiæ ob est, quod licet in stipulatione, *l.* 22. *de V. Ob[illegible]* in pignore, *l* 1. *in fin. d[illegible] Pign. act.* & in Donatione *l.* 18. *in f[illegible] Donat.* erratum fuerit in materi[illegible] [illegible] tamen valeant. Cur stipulatio, non vero venditio valeat, hanc reddit rationem D[illegible]renus, quia stipulatio est stricti juris, venditio vero bonæ fidei. Sed illa non valet, qui[illegible] idem in pignore, quod tamen est bonæ [illegible]dei §. 28. *Inst. de act.* obtinet. Vera ratio diversitatis mihi esse videtur, quia si pignus stipulationem & donationem nullam esse diceremus, quando æs pro auro erat oppignoratum, promissum vel datum, nihil tum in obligatione superesset: ideoque credit[illegible] & stipulatoris interest saltem illud corpus, quale quale sit, deb[illegible], atque ita æs saltem obligationem venire, & quia in hisce co[illegible]actibus nihil ex horu[illegible] parte interveniat: quæ ratio minime convenit emptioni; qu[illegible] Emptor vicissim obligatur ad solvendum pretium. Itaque pot[illegible] ejus interest, ne in ære consistat Obligatio, quam ut, data ma[illegible]

æs pro auro. Vid. Cujac. ad *d. l.* 22.

V.

propositu, exigit nunc, ut errorem, paucis illustremus: quo in casu distin- ... in partibus rei majoribus, quarum intuitu res ... inoribus, sive accessoriis fuerit erratum. ... vero ... casu nulla ei emptio: v. g. aliquis emit domum, quam ... & venditor combustam ignorarent? tunc enim Nerva Sabi- ... Cassius respondent, nihil venisse, licet area maneat, pecu- niamque solutam condici posse. *l.* 57. *de contrah. Empt.* vel emit fundum, in quo ... arbores vi venti dejectas, vel igni ab- sumtas esse; & ... negatur, emptionem valere, si contempla- tione illarum arborum (veluti oliveti) fundus ille fuerit emptus, *l.* 58. *Seqte eod.* Posteriore vero in casu emptio valet; verum emptori datur actio ad id quod interest; vel, æstimatione boni viri arbitratu habita, emptor liberatur a præstatione pretii, quanto minoris res fuerit inventa. Atque hæc distinctio optime convenit fundamento, ex jure naturali supra *Cap.* 1. §. *ult.* allato: quamvis Cl. Noodt *de Form. emend. dol. mal. C.* 11. & Faber *in rational. ad d. l.* 57. pauca in hisce legibus 57. & 58. Pauli atque Papiniani esse putarint, quarum legem posteriorem Faber adseverat unicam ex Papiniani Legibus esse, cui Tribonianus manus injicere ausus est; quod tamen Wissenbach. in suis Emblematibus ei non concedit: plarimas enim Papiniani leges recenset, quibus Tribonianum manum suam injecisse putat, uti in *l.* 1. *de Usur.* ... 15. *de Rit. nupt. l.* 13. §. *ult. de Tutor. & Curat. & l.* 5. *de Jur. Codicill.* latè de *l.* 57. & 58. vid. Huber. *in Eunom. ad illas* & Cujac. *l.* 14. *obs.* 11. ubi lectionem *d. l.* 57. defendit.

VI.

... in errore, in parte rei commisso, vidimus hactenus:

nus: ſequitur error in qualitate, quum res a... in emptionem non cadit, dum ſacra, ... jus habet, ſive quæ pro profanis fuerint diſtracta; quorum om... igioſa & ſimilia eſſe emptionem §. *ult. Inſt. de Contrah. empt.* ... conſtat nullam §. 1. *D. eod.* nequidem in caſum, ſi res ſacra ... *in fin.* & *l.* 34. homo ſervus fuerit factus; quia fas non eſt ... crata, vel liber *d. l.* 34. §. 2. niſi tamen tanquam acceſ... exſpectare caſum dantur, uti, V. G. ſepulchrum cum agro, ... principalis vendantur, templum cum pago, *l.* 22. & 24. *eod.* Atque talis error vitiat emptionem, maxime ſi ab ignorantibus fuerit commiſſus *l. 6. eod.* ...iam ſi emptor, ſciens rei qualitatem, ab ignorante emerit, tenetur, ut pretium ſolvat; neque ſolutum repetere poteſt, arg. *l.* 57. §. 2. *eod. l.* 53. & 203 *de R. jur.* Se ipſum enim circumvenit *l.* 16. §. 2. *de Liberal. cauſ.* vid. Cl. Voet. *ad tit. D. de contrah. Empt.* n. 5. Diſſentit Cl. van Eck *in princip. D. ad tit. de contrah. empt.* § 22. Si vero ignorans a ſciente venditore emerit, licet rem ipſ... petere non poteſt, tamen datur Actio ex empto, ad id, qu... intereſt, ſe a venditore non eſſe deceptum, *d.* §. *ult. In*... *l.* 62. §. 1. *eod.* Neque obſtat *l.* 4. & 70. *eod.* ubi libe... ...ni ... loci ſacri & religioſi emptio valere dicitur, ſi ab ignorante fu... contracta: reſpondetur, quod emptio quidem val..., quaten... is actio ex empto detur, ad id, quod intereſt, non vero ut alien... io fiat, *d.* §. *ult. Juſt.* & *l.* 62. §. 1. Similiter rei alienæ nullum eſt pignus, *l.* 6. *c. ſi alien. res pign. ſit dat.* Datur tamen judicium contrarium, id eſt, Actio Pignoratitia contraria ad id, quod intereſt *l.* 9. *D. de Pign. act.* vid. Cl. Voet. *d. l.* Secus eſt in ſtipulatione: nam illa, ſi quis hominem liberum, rem ſacram vel religioſam fuerit ſtipulatus, ipſo jure nulla inde detur act... ſecundum §. 1. & 2. *Inſt. de Inutil. Stipul.* Ratio differentiæ eſt petenda ex diverſa contractuum natura: ſtipulatio enim eſt ſtricti juris, in quibus negotiis nihil aliud, quam id ipſum, de quo inter contrahentes actum fuerit, peti poteſt, ideoque ſi nihil ejusmodi reperiatur, evaneſcit actio; emptio ... ...tio vero eſt bonæ fidei; in qua non modo de alienatione rerum, ſed etiam de omnibus, quæ ex bono & æquo præſtanda ſunt, licet de his nihil fuerit conventum, agitur, ut eadem de his Actio competat: in Stipula-

...ulatione id, quod d...ctum ; in emptis & venditis potius id, quod ...ictum sit, sequendum est, secundum ...ctum, quam id, ...
... 6. §. 1. *de Contrah. empt.*

VII.

Si in sexu erratur, veluti si quis mulierem, vel virginem pro puero, vel contra emerit, nulla est emptio, *l.* 11. §. *ult. D de Contrah. empt.* Item si in rei proprietate fuerit erratum ; veluti si quis rem propriam, quasi alienam, vendiderit, ne quis errans rem suam amittat secundum *l.* 35. *de A. R. D.* vel si quis rem propriam quasi alienam emerit *l.* 16. *pr. de Contrah. empt.* vid. Meieri *Colleg. Argentoratens. ad tit. ff. de Contrah. empt.* §. 14. *num.* 4. & 5. & Mastert. *sed atque tractat. illustr. jur. de Empt. & vend. pag.* 445. De errore, in quantitate rei venditæ commisso, tanquam emptionem nullam non reddente, *Cap. seqte* §. 5. agemus.

CAP. III.

Erroris species, quæ emtionem non vitiant, explicat. Lectionem Florentinam l. 21. §. 2. D. de act. empt. *tuetur & verum sensum* l. 34. D. de Contrah. empt. ostendit.

I.

Restant erroris exempla propter quem emtio non vitiatur. Et primo quidem se nobis offert error in persona commissus, ita ut vel venditor alteri distracturus, vel emptor ab alio empturus fuisset. Talem errorem emptionem vitiare putat Cl. van Eck *d. l.* §. 16. verum hoc quidem est in negotiis beneficis, de quibus leges, quas allegat (nimirum *l.* 9 *pr ff. & l.* 4. *C. de Hered. instit.*) loquuntur : nam in his permagni interest, an famulus donum ad amicum, an ad inimicum ejusdem nominis pertulerit:

tulerit: sed in negotiis onerosis talis error est accidentalis, ideoque non vitiat contractum, quia emptori perinde est, a quo rem habeat, & venditori, a quo pecuniam accipiat, error tamen in persona, quæ ob furorem, vel simile vitium contrahere nequit, emptionem facit nullam, *l.* 2. §. 16. *Pro empt.* quia consentire non videtur, qui sentire non potest, ut dicitur in *l.* 8. §. 2. *de Opt. vel elect. legat.*

II.

Error in qualitate accidentali emptionem non vitiat: uti (1) si mulier pro virgine venierit *l.* 11. §. 1. *de Contrah. empt.* Idem etiam est dicendum, si quis corruptam, vel meretricem, pro virgine ducat: nam matrimonium ob hoc dissolvi nequit, licet Moses *Deut.* XXII. ỳ. 21. talem feminam ad necem usque lapidari jusserit. (2) Si aurum vel argentum deterius sive impurius pro puro fuerit venditum, *l.* 10. *de Contrah. empt.* quod etiam tunc fit, quando res inaurata vel inargentata pro puro fuerit vendita, *l.* 14. *eod.* qua de re egimus supra *Cap. II.* §. 3. *circa princip.* (3) Si acetum, quod aliquando fuit vinum, pro vino vendatur. *l.* 9. §. *ult. de Contrah. empt.* quia est eadem prope *usía*: id est, substantia vini pene manet eadem, licet aliquid accesserit, quo deterius esset; secus est si ab initio non fuerit vinum, sed acetum, quia tunc aliud pro alio veniit, & *usía* non est amplius eadem: nam vinum acidum est vinum; acetum non est vinum. Vid. *l.* 6. *de Peric. & Commod. rei vend.* ubi vina acida etiam comprehenduntur vinis. Adde l. 9. §. 1. & 2. *de Tritic. vin. ol. leg. & l.* 3. §. 5. *de Pen. legat.* Nam emptor sibi imputare debet, quod vinum non degustaverit, vel degustatum male probaverit, *l.* 15. *de Peric. & Commod. rei vend.* (4) Item in casu *l.* 21. §. 2. *de Act. empt.* si quis mensas quasi citreas emat, quæ tales non sunt: hoc enim in casu erratum est in qualitate & pretio ligni; qualis error non vitiat emptionem, sed actioni in id, quod interest, facit locum: vid. *l.* 9. 10. & 14. *de Contrah. empt.* Ita retenta lectione Florentina, non opus est illis ambagibus, quibus Cujacius aliique *Cap.* 2. §. 3. *circa med.* allegati utuntur. (1) Inserunt enim particulam salutarem *non*; qualis emen-

 datur

datio nobis quam maxime est evitanda: nam alioquin ex nihilo aliquid, & ex quo nihil facere possumus. (2) *Qualitatem* sumunt pro *materia*, quod sæpe fit, ut illi ajunt: idque præcipue probare conantur ex *d. l.* 14. *de Contrah. empt.* sed verius est, ibi errorem in materia & qualitate sibi invicem opponi & ad errorem in materia sequentia verba pertinere: *Ut puta si & ego me vendere aurum putarem, & tu emere, cum æs esset?* Ad errorem in qualitate spectare hæc verba: *Ut puta coheredes viriolam, quæ aurea dicebatur, pretio exquisito uni heredi vendidissent, eaque inventa esset magna ex parte ænea?* (3) Emblema Triboniani agnoscunt: verba enim illa, *quamvis supra diximus*, referenda esse putant ad *d. l.* 9. & 14. non vero ad Pauli libros, ex quibus hæc Lex 21. est desumpta; sed parvi interest, an verba illa sint Triboniani an Pauli; & nulla est causa, cur Pauli esse nequeant, licet locus ille hodie non supersit: nam alicubi id dixisse potuit. Exscriptores hæc etiam verba in Digesta retulerunt; qualia multa iis accidere. Atque hanc lectionem tuentur Autumnus & Huber. *in Ennom. ad h. l.* Herald. *Obs.* 23. *tom.* 2. *Thes. Jur. Civ. p.* 1335. ubi etiam late explicat, quid sit *dissentire* & *decipi* in illa lege.

III.

Valet quoque venditio, si error nominis tantum intervenerit: talis enim error, ut & in aliis, veritati non officit. Vid. *l.* 4. *C. de Testam. l.* 17. *pr.* & §. 1. *de Condit. & Demonstrat.* modo de corpore constet *l.* 9. §. 1 *de Contrah. empt. l.* 4. *de Legat.* 1. Item, quando emptor majus, venditor minus pretium existimat; quia qui consentit in majus, consentit etiam in id, quod minus est: minus autem majori inest. Vid. *l.* 1. §. 4. *de V. Obl.* atque ita neutri contrahentium fit injuria, arg. *l.* 52. *Locat.*

IV.

Si erratum fuerit in *Quantitate* rei venditæ, valet quidem venditio; sed videndum, an Quantitas demonstrationis, an taxationis gratia fuerit adjecta, ut sciamus, an pretium sit augendum, vel minuen-

minuendum pro rata Quantitatis majoris, minorisve, quam adesse credebatur, nec ne. Priori in casu, si quantitas demonstrationis gratia sit adjecta, sive res ad corpus fuerit vendita, modus rei major minorve inventus non auget nec minuit pretium, nisi dolus venditoris, consuito mentientis, concurrat, *l.* 13. §. 14. *de Act. empt.* Posteriore vero in casu, prout major minorve rei modus inveniatur, pro rata augendum vel minuendum est pretium. Vid. *l.* 40. §. 2. *D. de Contrah. empt. l.* 2. *pr. & l.* 4. §. 1. *D. de Act. empt.* & quidem ita fit illa Auctio, vel Minutio. Si minor sit mensura, [illegible]tor eligit, an pretium remittere, an id, quod deest, supplere velit: si vero sit major mensura, emptor eligit, an pretium augere, an id, quod superest, venditori relinquere velit. Vid. Grot. *de J. B. ac P. L.* 2. *C.* 8. §. 12. *& in Manud. ad Jurisprud. Holl. L.* 3. *C.* 14. *n.* 80. Neostad. *Cur. Holl. decis.* 18. & Celeb. Voet. *ad tit. ff. de Contrah. empt.* §. 7. *circa med.* ubi etiam docet, quando Quantitas magis Demonstrationis, quam Taxationis gratia facta intelligatur.

V.

At si quæras, quomodo res sese habeat, si in accessionibus rei principalis fuerit erratum; & quid accessionum nomine sit præstandum, incidimus in difficillimam *l.* 34. *de Contrah. empt.* ubi dicitur: *Si in emptione fundi dictum sit, accedere Stichum servum, neque intelligatur, quis ex pluribus accesserit*, id est, accedere debuerit, *cum de alio emtor, de alio venditor senserit. Nihilominus fundi venditionem valere constat. Sed Labeo ait, eum Stichum deberi, quem venditor intellexerit.* Quibus in verbis duo dubia esse patet: (1) Cur valeat emptio; quæ alioquin per errorem vitiatur, *l.* 9. *pr. de Contrah. empt.* (2) Cur venditoris potius, quam emptoris sit electio, cum obscuritas pacti venditori nocere soleat, *l.* 21. *&* 33. *D. eod. l.* 39. *D. de Pact. & l.* 172. *de R. Jur.* Quamobrem Constantineus, *l.* 2. *Subtil. enod. c.* 16. *tom. IV. Thes. jur. civ. p.* 581. scribit, nullam in toto juris corpore esse legem ventilatam ac cribratam magis, quam hanc *l.* 34. eamque dubio procul ausus est a nemine adhuc intellectam asserere. Verum ad primum dubium quod attinet: respondetur, quod error quidem nullam red-

dat emptionem, si in re principali acciderit, *d. l. 9. de Contrah. empt.* non vero si in re accessoria fuerit erratum: nam (1) hic error non attingit consensum. (2) Promissio in errore non fuit fundata (3): neque consentaneum est, ut Accessio vires negotii principalis infringat ac labefactet, quoniam utriusque una sit venditio. (4) Accessio cedit rei principali, ejusque naturam ac robur induit: Vid. *l.* 129. §. 1. *& l.* 178. *de R. Jur.* (5) Quæ de re principali dicuntur non omnia sunt dicenda de re accessoria, *l.* 11. §. 17. *de* [illegible] *empt.* Vid. Averan. *l.* 2. *c.* 2. §. 3. *&* 4. Circa dubium secundum major est difficultas: nam Averan. *d. Cap.* 2. §. 6. scribit, quod illud omnium, qui unquam fuerunt, torserit ingenia. Et (1) quidem nonnulli vexant & secant verba posteriora. Cont[illegible] & Charondas ex MSptis legunt *eum Stichum non deberi, quem venditor intellexerit.* Cujac. *l.* 1. *Obs.* 10. pro *venditor* legit *emptor:* quod etiam placet Labitto, *c.* 5. *Us. ind.* §. 38. Quam ob rem Cujacius, acerrime cum esset reprehensus a Robert. *l.* 5. *Anim. c.* 9. Suarez. *l.* 1. *Obs. c.* 22. & Guilielm. Forner. *l.* 2. *Select. c.* 18. *tom.* 2. *Thes. p.* 67. more suo fortius ex Græcis & consequentia legis emendationem illam defendere conatus est, *lib.* 9. *Obs.* 37. *ultra med. & lib.* 23. *c.* 31. Fornerii verba lubet adscribere: is enim postquam verba legis nostræ exscripsit, ait: Hæc Paulus: *In quem contortis unguibus non erubuerunt cati homines, cancellare & inducere* Venditor *inque ejus locum* Emptor *subrogare. Astute! At nos tyrones tam callidum veteratorum consilium non assequimur, quibus simplex docendi juris via & ratio magis probatur, quam audaces ferulaque dignas legum emendatrices manus sinceris & integris locis corrumpendis admovere.* Acerrima sane verba in Phœnicem JCtorum Cujacium, quem hic tacite Fornerius intelligit. Vid. Celeb. Otto *in Præfat. ad tom.* 2. *Thes. Jur. civ. p.* 1. *&* 2. ubi etiam ostendit simultates semper fuisse inter Cujacium & Antecessores Aurelios, quales erant Robertus & Fornerius, earumque causas addit. (2) Constantineus *d. Cap.* 16. distinguit interpactum obscurum, ambiguum & incertum, atque in obscuro, quod nullo modo potest intelligi, contra venditorem & eum, qui apertius loqui potuit, fieri interpretationem, *l.* 21. *de Contrah. empt. l.* 39. *de Pact.* In ambiguo, quod pluribus modis intelligi potest,

teſt, æque contra proferentem fieri intrepretationem, *l.* 17. §. 2. *de Serv. præd. urb. d. l.* 39. *de Pact. l.* 33. *de Contrah. empt.* In incerto vero, quod eſt extra res ſingulas, quodque de pluribus intelligi poteſt, venditoris eſſe electionem, *l.* 25 *&* 34. §. *pen. eod.* (3) Charond. *lib.* 3. *Veriſ. c.* 11. diſcrimen ponit inter Legem contractus claram & obſcuram, atque priori in caſu favendum eſſe venditori; poſteriore vero ſecundum emptorem eſſe pronunciandum. (4) Pragmatici veteres interpretationem fieri debere putant contra eum, qui ex obſcuro, ſive ambiguo contractu ſibi aliquid petit, adeoque contra actorem, ſecundum regulam: *Actore non probante, reus abſolvitur l.* 2. *D. de Probat. l.* 4. *C. de Edend.* (5) Gloſſa, Faber, Huber. *in Eunom. ad d. l.* 34. aliique, conditionem de Sticho, fundo acceſſuro, ab emptore adjectam fuiſſe putant, ideoque contra eum interpretationem fieri ſibique imputare debere, quod voluntatem ſuam non apertius declaraverit; idque probare conantur ex verbis: *Si in emptione fundi dictum ſit.* Emtio enim refertur ad emptorem, & ab eo contrahitur, ſicuti venditio ad venditorem refertur, & ab eodem contrahitur. Sed ratio illa non tam firma mihi videtur, ut contra communem regulam dicamus, pactum hoc ab emptore adjectum fuiſſe &; (*a*) quidem, quia veteres vocabulis emptionis & venditionis promiſcue utuntur *l.* 19. *de Act. empt.* Imo etiam in hac noſtra lege id fit, ut, quod antea emptio dicatur, poſtea venditio nominetur; quia, uti ſupra *c.* 1. §. 3. jam diximus, nulla cauſa eſt, quare hunc contractum venditionem potius, quam emptionem nominemus. Et ideo quod hic dicitur: *Si in emptione fundi dictum ſit accedere Stichum*, alio loco dicitur, *Quod in venditione acceſſurum eſſe dictum eſt.* Ut in *l.* 33. *de Ædil. edict.* & alibi paſſim. (*b*) Quia pacta, quibus convenitur, ut aliquid venditioni accedat, ſemper a venditore adjiciuntur, ut in *l.* 40. §. 1. & 5. *l.* 68. *pr. de Contrah. empt. l.* 6. §. 6. *l.* 11. §. 17. *l.* 2. 6. 27. *&* 53. *de Act. empt. l.* 58. *pr. Locat.* pluribusque aliis locis. Et e contrario nunquam talia pacta ab emptore adjecta reperiuntur. Itaque (6) potius cum Averanio *d. c.* 2. dicendum eſt, hic non quæri de Ambiguo, quod venditori nocet, ſed de Errore, in quo debitoris eſt electio; quia vel in genere unus Stichus ex hiſce duobus, quos venditor habebat, vel

vel alternative hic, vel ille Stichus venditus censetur: nam utroque in casu, sive in genere, sive alternative Stichus sit venditus, venditoris est electio secundum *l.* 25. & 34. §. *pen. de Contrah. empt. l.* 60. *eod. l. pen.* §. *ult. de Act. empt.* qua in lege observandum est, quod ibi contineatur sententia ejusdem Labeonis, de quo in nostra lege fit mentio. Quod hic non quæratur de Ambiguo, patet ex eo, quod in nostra Lege supponitur de alio servo emptorem, de alio venditorem sensisse: tunc enim pactum non est ambiguum, sed certum; & nulla voluntatis quæstio incidit; quam ob rem conjecturæ ad indagandam contrahentium voluntatem non requiruntur. Vid. *l.* 137. §. 2. *de V. Obl. in fin.* ubi dicitur: *quia in eo, quod tempore atque facto finitum est, nullius est conjecturæ locus.* Aliud est Errare, aliud Ambigue pacisci, uti hæc duo distinguuntur in *l.* 21. §. 1. *qui test. fac.* Erratur enim, quando aliud pro alio accipitur, vel alter de hoc, alter de illo sentit, seque contrahere putat. Vid. *l.* 15. *D. de Jurisd. l.* 2. *pr. de Judiciis l.* 83. §. 1. & *d. l.* 137. §. 1. *de V. Obl.* Idem etiam fit in nostra lege: nam emptor de hoc, venditor de illo servo sensit; ideoque ibi dicitur: *Nihil ominus fundi venditionem valere constat.* Quod absurde diceretur, si de Ambiguo esset quæstio; quia ambiguum non vitiat emptionem: Et ambiguum est, si non satis constet, quid acti sit, *l.* 33. *de Contrah. empt.* idque interpretatione verborum dirimendum est, *l.* 172. *de R. jur.* Hanc sententiam quoque illustrat Cicer. *l.* 2. *Invent.* ubi dicitur: *ex ambiguo autem nascitur controversia, cum quod senserit Scriptor, obscurum est.* Quintil. *l.* 7. *Instit. c.* 9. *Ideoque frustra precipitur, ut in hoc statu vocem ipsam ad nostram partem conemur vertere; nam si id fieri potest, amphibolia,* id est ambiguitas, *non est.* & *d. l.* 33. *de Contrah. empt. Primum spectari oportet, quid acti sit: si non id appareat, tunc id accipitur, quod venditori nocet: ambigua enim oratio est.*

VI.

Coronidis loco adhuc sciendum est non mandantis, sive eorum, quibus ex eo contractu acquiritur actio, sed contrahentis, sive

ſive mandatarii errorem attendendum eſſe : nam ſi. v. g. ſervus, vel filius fam. contrahat, non eſt inquirendum, quid dominus, vel pater, ſed quid ille, qui contraxit, cogitaverit : neque intereſt, an ſuo, id eſt, peculiari nomine, an vero nomine domini, id eſt, nominatim domino contraxerit ; neque etiam, an habeat mandatum, &, ſi mandatum habeat, an de homine certo vel incerto, id eſt, generaliter emendo. Vid. *l.* 12. *de Contrah. empt. l.* 2. *D. de Litigioſ. & l.* 51. *de Ædil. edict.* Vid. hac de re latè Cujac. *ad African. tractat.* 8. *ad l.* 51.

TANTUM.

COROLLARIA.

I.

Usucapio juri Naturæ non est contraria.

II.

Fides hosti data servanda est.

III.

Pater filio exheredato recte dat tutorem.

IV.

Condictio furtiva datur adversus furis heredes in solidum, licet nihil ad eos pervenerit.

V.

Judex secundum allegata & probata in Judicio judicare debet.

TER INWIJINGE

VAN DEN

HEERE

WILLEM METHORST

Als zyn Ed. in de Hooge Schole t' Utrecht
tot Meester in de Regtsgeleertheit
verklaert wierdt.

Op den 18 *May MDCCXXXVI.*

Wat glorispoor, ô Neef! koomt my ten lenden prikklen,
En stuwen geest en bloet naer boven in het vat
Der hersnen, die niet light met zangtrant zich bewikklen,
Maer nu aen 't dichten zyn geraekt en uitgespat?
Om ongeveinsdelyk de waerheit hier te zeggen:
Ik kost myn zinnen nu aen bant noch ketens leggen.

Met d'aenblik van uw stof en twiststryt sloeg 'k aen 't *dwaelen*;
Het was, of my een spoor van *dwaeling* tegensprong,
En wederhouden wou, om nergens in te faelen:
't Was, of een donkre wolk op myne dichten hong.
Hoe raekt die, dacht ik, wegh, en uit myn' geest van kanten?
Men moet op koopmanschap niet leggen lanterfanten.

Zoo zagh ik, hoe uw pen, steets hooger in het klimmen,
De Dwaeling dra ontnaem haer pronk-en kleurgen rok,
En gantsch niet beuzlen wou in losse letterschimmen,
Maer steets beloopen 't velt met uwen letterstok,
't Geen anders niet zoo light in vrugt is af te meeten.
Geen wonder! dit bestaet en baet uit veel te weeten.

Zu:

..lks leert het heidendom aen Godén en Godinnen
In Naemen, die men gaf, of die zy kreegen eer.
Daer is geen Godenheit ter zaeke, zelfs in 't minnen,
Of 's menschen daeden faem ontfangen daeruit leer,
..lyk zy ook den naem ontfangen van de daeden.
.. ulks heeft ook Pallas ze.. die Godtheén aengeraeden.

Wie evenwel met ernst Minervaes borsten zuigen,
Die weeten van de konst, de schikking, prys en lof,
En 't beste va.. .. stof ten oogmerk wel te buigen,
En toonen hunne konst in haere letterstof,
Ook in der zaeken ry, als doet uw letterkennis,
Een vyandin van wild' en woeste letterwennis.

Hier zyt g' een vyant van. Gy toonde klaer de dwaeling,
Die lightlyk vallen kan en hechten zich in waer,
In koopgoet, dat te merkt steets krygt zyn ademhaeling,
En zelden even fors gedrongen wordt, als raer:
't Geen men ten hooftpunt ook verkleinen moet niet lightlyk:
Dat weeten kooplién best, die handlen evenrichtlyk.

Gy kent hier list en schyn, bedrogh en wanschynverwen,
Als hadd' u die Godin de streekkleur zelf geleert.
Men kent het porselain het best aen zyne scherven,
En aen de stukken best, het geen is opgesmeert.
Men kan beproeven dra het stryken en 't beplakken
Van goedren, die men koopt en verkoopt, aen 't verlakken.

Hoe zal; hoe kan ik des uw pen behoorlyk pryzen,
Ten manlyk twistgeding gebruikt, gezwaeit, gesterkt,
En doorbevestight met geletterde bewyzen,
Ook nergens opgesmukt, ter stoffe kort bewerkt:
.., waer ik elders lees, by pleittael als voldongen?
..t staet my ongewrikt, bezenuwt, ongedrongen.

Geluk

Geluk des, Wakkre Neef! op Themis klimbre trappen.
  Zy heeft haer weetenſchap in uw' perſoon gekroont,
En, in haer' ſchik uit gunſt voor andre weetenſchappen,
  Ziet z' uwe pen ter ſtof alszins daermeê geloont.
't Magh my gebeuren U daermede te belukken.
De zaeken ſpreeken zelfs en toonen 't by de ſtukken.

Geluk ook, Wakkre Geeſt! daer gy op 's Vaders kuſſen
  Gezeeten zyt ten Raed' en Vroedſchap' uwer ſtadt.
Zoo laet de droefheit zich allenskens weder ſuſſen,
  En tempert zich in Godt, die 't al beſlooten hadt.
Zoo raekt een Godtsgezin beſt door des Heeren vreezen
Getrooſt, verquikt, geſterkt, aen 't ſtaen en opgereezen.

ô Welk een groote trooſt is dit de wakkre Moeder?
  Zy gantſch bedrukt ter rouw om 's Mans verlies en doot,
En miſſende, helaes! den trouwſten Huisbehoeder,
  Verblydt zich in haer hert; de kalmte koomt ter ſcho
En droogt den traenenvloet, tans ſtaeg gewoon te rollen,
En, ziende ſmert voorby, ontwent zulk ſuizebollen.

Wel aen dan, Wakkre Ziel! zoo kortlyk op elkande
  Gewiſſelt in het deel, 't geen Godt den zynen geeft.
Wel aen, ô Meeſter, die het eene legt by 't ander!
  Leef dankbaer, hou en trouw den Godt, die geeft en le
En zorgt, dat hy de wond der zynen weêr kan heelen.
Godt wil u zegening naer maete toebedeelen!

By een' gemeenen trooſt, en boven al aen Moeder,
  Is hier betaemelyk myn wenſch, in Godtsgemeent,
En uit myn hert gedaen: U ſtiere d'Albehoeder,
  En hoed' uw' wereltgang, en maek' u dra vereent.
Zoo word' de droeffenis getempert met goê vreugde!
Zoo koom' de blydſchap in, die 't leſt het beſt beheug

Dan

Dan zal ook ons geslacht; dan zullen onze huizen
Zich toonen bly verheugt, ja 's Hoogstens roem en eer
In geene deelen ooit verachten of verguizen,
Maer heffen, dat het dreun' en ons zyn' lof vermeer'.
De Heere doe u in zyn gunst, uw welzyn, trouwen,
En van uw' stamm' en Naem' METHORSTEN saem aen-
schouwen.

J. TESCHEMAKER,
J. U. D.

TER

TER INWIJINGE
VAN DEN
HEERE
WILLEM METHORST,
Tot Meester der beide Rechten.

Wie leert my nu een' vreugdetoon,
Ter eere van myn' Broeder zingen?
Apol', 'k begeef my tot uw' troon,
Daer zoo veel' zusters u omringen:
Ik werp my voor uw' voeten neêr,
Met wensch, dat gy zoo goet zult weezen,
Van my te laeven, meêr en meêr,
Uyt Pegaes bron, dien hy voor deezen
Geslaegen heeft op Helikon,
Ai doet dit doch, ô Digtren Zon!

Doch, Broeder! neem het wel van my,
Dat hier myn pen tot u koomt naedren,
Om u vooreerst, ter pleitzaelry,
Te groeten, wyl ik in myne aedren,
Gevoel een innerlyke drift,
Die my als dringt, om al myn beden
Te sluiten in dit weinigh schrift,
Als t' eenemael niet buiten reden;
Want 't oude spreekwoort zegt hier van:
Het bloed kruipt, daer 't niet gaen en kan.

Myn Geest ontfonkte op deezen dagh,
Op wien ik U de schoone haven
Van uw begeert' intreeden zag,
Na zoo veel onverdrietigh slaeven,

Gelyk een Zeeman, welk op Zeê
Zoo lang moet zwerven door de baeren,
Eer hy op zyn gewenſchte reê
Kan koomen, en zeer veel' gevaeren
Moet uitſtaen: doch! wat vreugt is 't niet,
Als hy zyn reis voltrokken ziet?

Uw' loopbaen is ook afgerent,
Het grondenwerk voltooit door ſtreeven,
En vlyt, van jongs af aengewent;
Dit moet u vreugt en moeding geeven.
Geen mind're blydſchap doet zich op
's moeders huis, by verdre vrinden:
..n zangnimf ryſt ook gantſch ten top,
..yl wy U, als de groene linden,
Zoo ras en weeligh groeien zien:
D..s wy Uw heil voor uit beſpiên.

..erd myn goê wenſch aen U volbraght,
..ud', ô Meeſter in de Rechten!
..ı tegenſpoedt noch bittre klacht,
..awen levensloop zich heghten;
..Maer al uw' werk zou van nu aen
..an luk zyn, en uw' handelingen,
Zou men rontom verzelt zien gaen,
..aeg met een oegſt van zegeningen:
Dan zou, de wereldt ront, uw' naem
Verbreidt zyn door de ſnelle faem.

Veel luiſter van uw' roem zou dra
(Gelyk de zon aen d' ooſterkimmen
Verryſt zeer glansryk zonder gâ)
Met ſnelle vleuglen opwaerts klimmen,
En niet alleen het Stichts Atheen
Doorlichten met zyn gulde ſtraelen,
Maer flonkren door 't gantſch aerdryk heen,
Alwaer Minervaes Tempelzaelen
In fleur zyn, en alwaer haer borſt
Noch vloeit van melk voor al wie dorſt.

Leef

Leef lang dan, Broer! tot 's moeders trooſt,
Opdat die in haer' oude dagen,
Zich mag verheugen in haer krooſt.
Doch, ach! dat wy noch leeven zagen
Haer' waerden man en echtgenoot,
Dien nu in 't kort zyn' leevensader
Is afgeſneeden door de doot!
Wat droefheit! dat hy onzen Vader
Noch niet geſpaert heeft tot dien tydt,
Op wien gy dus wordt ingewydt.

Doch ſtaek, O Zangeres! dees tael;
Wil hier niet van die droefheit waegen
(Opdat de vreugt eens adem hael'
In deeze ontelbre ramſpoetsdagen)
Neem geen cipreſſen in uw' hant;
Maer wil nu lauwerkranſſen vleghten,
En 't rouwkleedt hangen aen de wandt:
Wat dunkt u, Dokter in de reghten!
Is 't wel niet 't beſt, dat wy deez' dagh
Niet denken aen dien zwaeren ſlagh?

Ons gantſch geſlacht ſcheen wel in rouw
Als wegh te zinken, ja te ſmooren
In ſmert; doch toen die Weduwvrouw
Van u, o Broeder! quam te hooren,
Dat gy in 's Vaders plaets terſtont
Het Vroedſchapskuſſen zou bekleeden;
Straks ſcheen 'er balſem in haer' wondt
Te druipen: en dees dagh van heden,
Doet ook noch mindren haer geween,
En ſtelt haer' hert noch zeer te vreên.

Dus kan de Heer, die 't alles geeft
Na zwaer tempeeſt en onweêrvlagen
(Ten teken, dat hy eeuwigh leeft,
Om een' verdrukten t' onderſchraegen)

De

e Zon weér aen des Hemels trans
en glinſtren met veel grooter luiſter,
En doen met heerelyker' glans
e voorſchyn koomen uit het duiſter.
Hy zy u, waer gy *zit* of ſtaet,
Een hulp, een trooſt en toeverlaet.

Doch, zoo 'er iets in 'swerelts kring
Mogt' zyn (gelyk 't wel ſtaet te denken)
't Welk u juiſt niet voorſpoedigh ging,
Laet dit uw' moedt zoo gaeuw niet krenken:
Want niemant leeft hier op deez' aerd,
Al ſchoon de lukkigſte der menſchen,
Wiens werk altoos genoegen baert
En uitvalt naer zyn' wil en wenſchen.
Ik roep u toe noch met een woort:
Zit lang in 't Raedthuis t' AMERSFOORT.

J. G. METHORST.